

*Der Autor des **Chronicon episcoporum Mindensium** (sogen. "Jüngere Bischofschronik", Mitte 15.Jh.), wahrscheinlich der Mindener Domherr Heinrich von Sloen, genannt Tribbe (um 1410 - 1464), berichtet zum Jahr 1420:*

Anno MCCCCXX. circa mensem Julium factum est enorme crimen in diocoesi Mindensi, quod ultra decem millia¹ florenorum ad damna venerunt in presenti territorio. Nam veniebat unus de curia Romana nomine Johan Vrese cum literis² apostolicis et acceptavit ecclesiam in Idenhusen, ad quam ius habuit, et Wilbrandus conferebat eandem ecclesiam uno³ ribaldo, qui fuit scriptor suus. Et iste
5 Vrese fuit oriundus de oppido Nigenborch et habuit hic consanguineos in civitate, videlicet Meygnen, et sic tardabat in civitate exspectans adventum plebani in Nigenborch, qui fuit tunc temporis pro indulgentiis Aquisgrani. Qui plebanus debuit concordare Wilbrandum et Vresen. Sic praedictus Vrese morabatur hic in civitate non habens timorem. Et sic de die solebat ire ad avunculum suum Meygnen ad monasterium in insula, unde ille scriptor habuit custodiam suam in domo Steneken. Qui videntes
10 eum ire per pontem, exeunte eo de porta, statim captus est et violenter ductus ad castrum Montis, ubi diris carceribus emancipatus et fractis cruribus et enormiter laesus. Et tandem procurato per eundem scriptorem directa litera⁴, quod debeat suffocari in aqua, et sic per Ottonem, filium Wilbrandi, missus est per saccum ad Wiseram. Et laboravit in aqua, sic quod veniebat ad litus. Quo aperto percussiebat⁵ eum cum lignis, quod emisit spiritum sine culpa sua. Quo facto miserunt eum denuo ad Wiseram et sic
15 inventus per piscatores, de aqua distractus et ad ecclesiam maiorem baiulatus et saccus suspensus in ecclesia, ubi per aliquot dies pendeat. Et funus sollempniter est sepultus uppe den closterhoff. Et dicebatur, quod fuisset factum ignorante Wilbrando. Et sic stantibus rumor facti ad curiam Romanam perveniebat, et ille dominus suus, qui fuit unus abbreviator apud papam, sollicitavit, quod episcopus deberet privari. Tunc papa indicebat Wilbrando purgationem canonicam. Et hoc negotium fuit
20 commissum Ottoni de Hoya, episcopo Monasteriensi. Sic Wilbrandus metu coactus non potuit se expurgare cum sex episcopis. Sic ille episcopus Monasteriensis fuit homo industrius, practicavit, ut adoptaret filium fratris sui Albertum in successorem suum, tunc omnes vellent sibi assistentiam facere. Et sic factum est, ut assumeret Albertum, filium Erici, in adiutorem. Quo facto videns Wilbrandus, quod nihil contra fiebat in curia Romana, penituit sibi de adoptione Alberti volens eum recusare et
25 eicere. Et Ericus et Wilbrandus facti sunt capitales inimici, nam duces de Luneborch et Bruneswich fuerunt adiutores Wilbrandi. Sic vivebant invicem, quod talia pecora capiebantur de Hoya, quod una capra seu ovis emebatur pro quatuor albis et una vacca pro VI solidis et unus equus pro marca. Tunc tandem amici ex utraque parte fecerunt pactum in mala hora, sic quod Ericus deberet dare Wilbrando VII mille florenos, unde Wilbrandus posset persolvere debita sua et in recompensam deberet habere
30 Albertus duo castra, videlicet Reyneberch et Roden, quamdiu viveret Wilbrandus. Quo mortuo, si fieret eum eligi in episcopum, tunc ista summa deberet etiam mortua esse. Sin autem non contingeret eum eligi in episcopum, tunc deberet sibi restitui pecunia.

(Textgrundlage:: Mindener Geschichtsquellen, Bd.I, Die Bischofschroniken des Mittelalters, ed. Klemens Löffler, Münster 1917, S.254f.; Bearbeitung und Erläuterungen: Eberhard Kaus, Wunstorf 2002)

¹ hier statt milia. ² hier statt litteris. ³ hier statt uni (Dativ). ⁴ hier statt littera. ⁵ hier statt percutieba<n>.

Erläuterungen:

- 1 dioecesis, is f.: "Diözese", "Bistum"/ Mindensis, e Adj. zu Minda ("Minden")
- 2 florenus: "Gulden" (von Ital. fiorino "Florentiner Goldmünze")/ quod m. Indik. hier statt konsek. ut m. Konj.: "(so) dass"/ ad damna venire: hier "als Geldbuße gezahlt werden (müssen)"/ curia Romana: "römische Kurie" (päpstliche Regierung)
- 3 litterae: (hier:) "Schreiben", "Urkunde" (vgl. dt.: "[Meister-] Brief!)/ apostolicus, a, um: (hier:) "päpstlich"/ acceptare: (hier:) "beanspruchen"/ ecclesia: "Kirche"/ Idenhusen: heute Idenzen/ ad quam: "auf die" (klass.: in quam, de qua oder cuius)/ ius, iuris n.: (hier:) "Rechtsanspruch"
- 4 Wilbrandus: "Wilbrand" oder "Wulbrand (von Hallermund)", Bischof von Minden, 1406 - 36/ uno = uni (Dativ), hier wie unbest. Artikel verwendet / ribaldus: "Gauner", "Halunke"
- 5 oriundus: "entstammend"/ Nigenborch: heute Nienburg/ hic: d.h. in Minden!/ Meygnen: Akk. zu Meygne (Lautung des Familiennamens heute etwa Meine)
- 6 tardare: "sich aufhalten", "sich verweilen"/ plebanus: "Pfarrer"/ in Nigenborch: hier statt adjekt. Attribut
- 7 indulgentia: "Ablass"/ Aquisgrani: Lokativ zu Aquisgranum "Aachen"/ Vresen: zur dt. Akk.form s. Z.5 Meygnen/ praedictus, a, um: "zuvor erwähnt"
- 8 morari: "sich aufhalten"/ de die: "Tag für Tag"
- 9 monasterium: "Kloster"/ insula: "Werder" (=Flussinsel) / unde ≈ ubi/ custodia: "Wache", "Wachtposten"/ Qui: In Form einer constructio ad sensum, bezogen auf custodia, die mehrere Personen umfasst/ videntes. Die Partizipialkonstruktionen sind ein Schwachpunkt im Latein des Autors; vgl. auch den verunglückten abl. abs. in der folgenden Zeile!
- 10 violentus (Adv.): "gewaltsam"/ castrum Montis: "Burg Berge" (Hausberge b. Porta Westfalica)
- 11 emancipare: (hier:) "überlassen"/ crus, cruris n.: "Unterschenkel", hier swv. "Bein"/ procurato: gemeint wohl: procuratum est ; procurare: "anordnen"
- 12 directa littera = directis litteris; dirigere: (hier:) "schicken" (kann in der Übersetzung entfallen)/ quod: s. Z.2!/ debeat: Konj., da indir. Rede! / suffocare in aqua: "ertränken"
- 13 mittere: (hier:) "werfen"/ per: "in" / ad Wiseram: "in die Weser"/ sic quod: "so dass" / litus, oris n.: "Ufer"/ quo: scil. sacco
- 14 percutere: "schlagen"/ lignum: "Holz(-knüppel)"/ quod: s. Z.2! / emittere spiritum: "den Geist aufgeben"
- 15 piscator: "Fischer"/ ecclesia maior: "Dom"/ baiulare: "schleppen", "tragen"
- 16 funus, eris n.: (hier:) "Leiche"/ est sepultus: der Autor fasst funus entweder als maskulin auf (wegen -us?), oder denkt daran, dass es sich um einen toten Mann handelt (constructio ad sensum).
- 17 quod fuisset factum...: Der Konjunktionalsatz ersetzt einen Ncl. fuisset factum ≈ factum esset/ <rebus> sic stantibus: "angesichts dieser Umstände"/ rumor, is m.: "Gerücht"
- 18 perveniebat: Imperfekt statt Perfekt! / unus: unbest. Artikel, vgl. Z.4! / abbreviator, is m.: "Abbreviator" (Angehöriger der päpstlichen Kanzlei; kontrollierte Urkunden auf Wortlaut und Rechtsgehalt) / papa m.: "Papst"/ sollicitare: (hier:) "fordern"
- 19 quod hier statt ut + Konj./ episcopus: "Bischof"/ privare: (hier:) "eines Amtes entsetzen/ entheben"/ papa m.: "Papst"/ in-dicere: "anzeigen", "verordnen"/ purgatio canonica: "kanonischer Reinigungseid" (seit dem 9.Jh. in das Kirchenrecht [kanonische Recht] eingedrungenes Rechtsmittel: ein durch Gerücht einer Straftat bezichtigter Kleriker musste unter Hinzuziehung einer bestimmter Zahl an "Eidhelfern" durch Schwur seine Unschuld "nachweisen". Im Volksrecht geschah dies statt durch Eid durch Zweikampf bzw. Gottesurteil. Bis ins 17.Jh. üblich.)
- 20 Otto de Hoya: Otto (IV.) von Hoya war von 1392 - 1424 Bischof von Münster./ Monasteriensis, e Adj. zu Monasterium (Ortsname: Münster i.W.)
- 21 se expurgare: "sich reinigen" (s. oben Z.19!)/ cum sex episcopis: ergänze: "als Eidhelfern"/ sic: (hier wie mnd. sô:) "weil"/ industrius, a, um: (hier:) "gescheit"
- 22 practicare: (hier:) "vorschlagen"/ frater suus: s. Z.23!/ Albertus: Albrecht von Hoya, 1409 Koadjutor, 1420 - 36 Administrator, 1437 - 73 Bischof von Minden/
- 23 assistentiam facere: "beistehen"/ Ericus: Graf Erich I. von Hoya, 1370 - 1426/7 / in adiutorem präpositionaler Ausdruck statt prädikativem Akkusativ; adiutor, is m.: "Helfer", "Gehilfe"; "Adjutor", "Hilfsbischof"
- 24 quod + Indikativ statt eines a.c.i. / p(a)enituit hier persönlich konstruiert (→ Wulbrandus): "bereuen"; de + Abl. statt Genitiv/ sibi: "für sich", "seinerseits"
- 25 recusare: "zurückweisen" / eicere: "verstoßen"/ capitalis inimicus: "Todfeind"/ dux, ducis m.: (hier:) "Herzog"/ Luneborch: "Lüneburg"
- 26 Bruneswich: "Braunschweig"/ invicem: "wechselseitig"/ pecus, pecoris n.: "Stück (Klein-)Vieh" (wie Schaf, Ziege oder Schwein)
- 27 capra: "Ziege"/ albus: "Weißpfennig", "Groschen"/ solidus: "Schilling"
- 28 marca: "Mark"/ mala hora: (hier:) "Unglück" (vgl. frz. 'malheur!)/ sic quod s.Z.13
- 29 VII mille statt VII milia (vgl. dtsh.: "siebentausend")/ florenus: s.Z.2 / unde: (hier:) "womit"/ recompensa: "Entschädigung"
- 30 castrum: "Burg"/ videlicet: "nämlich"/ Reyneberch: Burg Reineberg bei Hüllhorst, Krs.Minden-Lübbecke (1723 abgerissen)/ Roden: Burg Rahden, Krs. Minden-Lübbecke
- 31 fieri mit folgendem a.c.i. statt ut + Konj./ in episcopum statt prädikativem Akkusativ (vgl. zu Z.23 und dtsh. "zum Bischof (gewählt werden)"/ summa: (hier:) "Summe", "Betrag"/ mortuus, a, um: (hier:) "hinfällig"
- 32 contingit + a.c.i. statt ut + Konj./ restituere: "zurückerstatten"